



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

90. De his qui circumciduntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 245  
aut negotiationis causa castraverit castran-  
dúmque tradiderit, sive servus sive liber sit,  
capite puniatur.

Unde suprâ.

LXXXIX. Si aliquis causa explendæ li-  
bidinis, vel odij meditatione, ut non ex eo  
soboles nascatur, homini aut mulieri aliquid  
fecerit vel ad potandum dederit ut non possit  
generare aut concipere, ut homicida teneatur.

Burchard. lib.  
17. c. 57.

Hoc totum idcirco ex lege Romana posui-  
mus ut sacerdos ex lege perpendat modum  
pœnitentiæ in talibus transgressionibus. Ca-  
nonica enim auctoritas cum lege Romana ex  
maxima parte concordat.

De his qui circumciduntur. *Ex eadem lege*  
*cap. XXIV.*

X C. Cives Romani qui se Judaico ritu vel  
servos suos circumcidi patiuntur, bonis ad-  
emptis in insulam deportentur, medici capite  
puniantur.

Pauli Sent.  
lib. 5. c. 22.

Si Judæus servum alienæ nationis circum-  
ciderit. *Ex eadem.*

X C I. Judæi, si alienæ nationis compara-  
tos servos circumciderint, aut exilio deporten-  
tur, aut capite puniantur.

Ibid.

De his qui semetipsos interficiunt. *Ex Con-*  
*cilio Bracarensi cap. xv.*

Concil. Bra-  
car. 1. c. 16.  
Halitgar. lib.  
4. c. 6.  
Burchard. lib.  
19. c. 130.

X C II. Placuit ut hi qui sibi ipsis aut per  
ferrum, aut per venenum, aut per præcipi-  
tium, aut suspendium, vel quolibet modo in-

Q iij